



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

SS. Chrysanthus & Daria MM. 25. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

522 VITÆ SANCTORVM. 24. Octob.
velut obstetrix salutaris adfuit. Racemum cùm è
vite aliò tulisset, & ægrè alii hoc ferrent, viti suæ
quàm mox ita restituit, ut ne cicatricem è vulne-
re superstitem cerneret. Illud omnino & scriptu
& lectu jucundum, VIRGINIS servo, ANGELO in-
quam nostro, feliciores illos Angelos inserviisse.
Nam fuit, cùm è morbo decumbenti incidere ve-
nam medicus constituit. Hic, absentibus omnibus
aliis, adfuère è cælo ephebi gemini, cælo ipso suo
formosiores, qui lumen aliáve ministrarunt, &
sanguinem ægri obsequiosi exceperunt. Tanti sa-
nè erat omnem omnino sanguinem prodigere.
Certè tam duriter vixit JOANNES, ut præter cu-
rem & ossa vix quidquam hominis jam haberet,
eò rectius ANGELVS dicendus, quò minus jam
carnis illi erat. Hanc denique omnem pøsuit an-
no partæ salutis M.D. vi. Laudes ejus funebres
(quòd puto impar his lingua esset) campanæ
sponte impulsæ cecinerunt. Ex Ferrar.

De dilectione Conditoris lingua, mens & vita re-
quiratur. Numquam est Dei amor otiosus: operatur
etenim magna, si est; si verò operari renuit, amor non
est. S. Greg. Hom. 30.

SS. CHRYSANTHUS & DARIA MM.
25. Octobris.

CHRYSANTHVS patre natus Polemio senato-
rii ordinis viro, dum fortuitò in manus su-
mit, quem Euangeli librum dicimus, legitque,
manus dare Christo discit, brevi lectione longè
plurimum edoctus. At Polemius, ut filium à
Christianâ disciplinâ dimoveret, nihil non move-
re, carcerique demùm mancipare. Sed hic gym-
nasi instar virtuti erat. Ergo ad insidias amico-
rum

Octob.
cūm ē
ti suæ
vulne-
criptu-
lo in-
viisse.
re ve-
nibus
o suo
nt, &
nti sa-
igere.
er cu-
peret,
s jam
it an-
ebres
panæ
ita re-
eratur
or non
M.
nato-
is su-
tque,
ongè
um à
ove-
gym-
nico-
rum

15. Octob. VITÆ SANCTORVM. 523
rum consilio versus cubiculum adornat, & omnibus deliciis instruit ; addit mulierculas omni mundo muliebri præter verecundiam superbas. Inter has collocatus CHRYSANTHVS tunc demum in carcere esse se credidit & ingemuit. Quid faceret ? clypeum nempe (oculum clausum) objetit. Sed & cælum somno lenarum oculos obruit tam profundo, ut castitati facile esset dormientium manus evadere. At ecce novum duellum : DARIÆ virginis & formâ & literis cultissimæ committitur. Pergit tamen ille victoriis victorias accumulare, & sponsum experti promittit hunc, sed Christum. In has leges & pax & nuptiæ promittuntur : quæ ut festiviore apparatu fierent, plurimos ille juvenes, plurimas illa virgines ad castitatis amorem traxit. Enimvero hic demum furere Venus, & vinci toties tela sua indignata, tyrannum armare, jamque CHRYSANTHVM in carceres, DARIAM in lustrum trahere. Sed illum contra tormenta lux cælo allapsa, istam contra lenones leo defendit. Ultimò vivi terrâ obruti castissimi conjuges, primum thalamum, tumulum habuerunt. At olim degener Roma non castitatem, sed impudicitiam sic tumulabas. Ex Metaphr.

Fluxa & seductoria immundi hujus mundi blandimenta despice : minas ejus animi fortitudine supera : surgentia carnis incendia reprime : mentem virtutibus dilata : torporis frigus de corde depelle, & ad supernæ beatitudinis gaudium flammato desiderio suspira, S.Pet.Dam.serm.5.

S. DEMETRIUS MART. 26. Octobris.

NAtale solum DEMETRIO dedit Theffalonica, parentes nobilitatem, literarū studia laudem,